



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 122. Regis Angliæ Oratores Mantuam ablegati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

ac politica sua perspicacia prævenire parabat, suo adhuc tempore adimpleta do-
 luisse.

Sæcul. XV.
 A.C. 1459.

§. CXXII.

*Regis Angliæ Oratores Mantuam
 ablegati.*

Pius II., priusquam Roma recederet Mantuam profecturus, Interamnensem Episcopum destinavit Legatum in Angliam, qui regni lites componeret, & a Rege auxilia adversus Turcas posceret. Quare Henricus Rex aliquos Principes atque Barones ablegavit, qui Mantuam suo nomine peterent. Ast cum illius auctoritas passim ab omnibus vilipenderetur, hinc nec hi Principes ejus mandatis morem gesserunt, quocirca duos Presbyteros modici nominis ad Pium Papam Legatos mittere compulsus est. Habebant publicæ fidei literas appenso quidem sigillo, sola tamen hac subscriptione: *Henricus, teste me ipso*, munitas. Has cum conspiceret Pontifex, minus benigne Oratores excepit, nec ultra illos ad conspectum suum admisit; Ast id vix vero simile est, eoquod sat compertum sit, quod Angliæ Rex Pontifici causas significaverit, ob quas Legationem solemnem mittere prohiberetur, aliunde tanta erat summi Pontificis erga Reges

reve-

*Comment.
 Pii II. lib. 3.*

Sæcul. XV. reverentia, ut suo officio illum defuisse,
A.C. 1459. nemo facile sibi persuaserit, in illa præ-
 cipue rerum vicissitudine, ubi Papa ad
 prosperos consiliorum suorum successus
 Regis benevolentiam colere debebat.

§. CXXIII.

*Indignum facinus Legati Pontificii
in Anglia.*

*Polyd. Vir-
gil. histor.
Angl. lib. 28.*

Ceterum Episcopi Interamnensis im-
 prudentia non modice turbas ac dis-
 sensiones in Anglia aluit, fovitque; ha-
 rum origo fuit, ut alias meminimus, ex-
 itialis discordia, quæ inter Eboracensi-
 um & Lancestrensi-um factiones regna-
 bat. Harum prima a Rosa rubra, altera
 vero a Rosa candida cognominabatur,
 scilicet a colore, quo quælibet factio se-
 se ab altera distinguebat. Legatus Ebo-
 racensi Duci, & Comitibus Sarisbe-
 rensi ac Varwicensi, juratis Regis
 hostibus favit, remque gessit perinde ac
 si contra infideles præliandum esset, hunc
 in finem plenariam indulgit peccatorum
 remissionem omnibus illis, qui in Henri-
 cum legitimum suum Regem arma capef-
 ferent: eos vero, qui ejusdem partes
 tuerentur, aut eidem auxilia pararent,
 anathemate perculit: Sane facinus erat
 Apostolicæ Sedis Legato indignum, qui
 potius Angelus pacis, quam Vir dissens-
 sionum